

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1183

Auteur(s) : Guillaume des Marais [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Bayeux, Notre-Dame (cathédrale)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1253, mars

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume des Marais, chevalier, concède et garantit à l'église de Bayeux 4 setiers et 2 boisseaux d'orge qui seront pris, chaque année, à Brunville, paroisse de Saint-Loup, et affectés, moitié à une messe quotidienne pour Guillaume Arundel, chanoine, et tous les défunts, moitié à l'obit du chanoine Jean d'Arry. Le doyen et le chapitre versent au donateur 17 livres et 3 sous tournois.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Antiquus cartularius ecclesiae Baiocensis (Livre noir)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1902-1903, 2 vol., n° CCCXCV, t. 2, p. 119-120.

Dissertation critique

Mars 1253 (nouveau style) ou 1252. Mars 1252 est proposé par V. Bourrienne. Cf. Pâques tombe le 31 mars en 1252 et le 20 avril en 1253.

Texte établi d'après a

Sciant omnes præsentes et futuri quod Willermus de Marescis, miles, dedi et concessi Deo et ecclesiæ beatæ Mariæ Baiocensis, ob salutem animæ meæ et antecessorum meorum, quatuor sextarios et duos bossellos ordei, ad mensuram de Brunvilla percipiendos, singulis annis, in parochia Sancti Lupi apud Brunvillam, videlicet : in porprisio Anfriæ de la Bataille unum sextarium, quod porprisium situm est apud Brunvillam, inter porprisium quod fuit Jordani de Marescis ex una parte, et sororis Anfriæ ex altera ; et duos sextarios percipiendos in porprisio Radulfi Fouque et Agnetis de Cruce, uxoris ejus, sito inter semitam quæ dicit a Bajocis apud Brunvillam ex una parte, et cheminum qui vadit a Brunvilla apud Baucheum ; et in porprisio Petri Tuebof, unum sextarium et duos bossellos, sito inter terram quæ fuit Thomæ de Bauche ex una parte, et Lebosquen ex altera. De quo ordeo presbiter, qui celebrat in dicta ecclesia singulis diebus et de cetero celebrabit, unam missam pro anima Willelmi Arondel, quondam canonici ejusdem ecclesiæ, et pro cunctis fidelibus defunctis, percipiet medietatem, et alia medietas distribuetur, singulis annis, die aniversarii bonæ memoriarum Johannis de Arreio, quondam canonici ejusdem ecclesiæ, secundum consuetudinem ecclesiæ memoratae. Ego autem et hæredes mei tenemur dictæ ecclesiæ et dicto presbitero prædictos quatuor sextarios et duos bossellos ordei, ad mensuram de Brunvilla, contra omnes garantizare, vel excambiare alibi in nostra propria hæreditate valore ad valorem. Volo autem et concedo quod nuncius dictæ ecclesiæ, et presbiter dictam missam celebrans, vel ejus certus nuncius, possint in prædictis porprisiis justiciam suam qualecumque voluerint facere, quocienscumque necesse fuerit pro redditu memorato, absque ulla contradictione mei vel hæredum meorum. Pro hac autem garantizatione et excambiatione a me et meis hæredibus

faciendis, decanus et capitulum Baiocense dederunt mihi decem et septem libras et tres solidos Turonenses de bonis dictæ ecclesiæ. Quod ut firmum permaneat in posterum, præsens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, mense marci.